

No. 21. 1289. 2. Sept.

B. Witigo ertheilt den Besuchern der Capelle Johannes des Täufers übereinstimmend mit No. 19 Ablass und bestätigt die von den Bischöfen zu Naumburg und Merseburg in derselben Angelegenheit erlassenen Indulgenzen.

Witigo dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus etc. Desiderantes reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet invitamus, ut ex eo reddantur divinae gratiae aptiores. Cupientes igitur, ut capella — wie No. 19 — omnipotentis dei misericordia, necnon intemeratae genetricis suae patrocinii confisi, quadraginta dies criminalium peccaminum de iniuncta penitentia misericorditer relaxamus, et ratificamus omnes indulgentias Nuenburgensis et Merseburgensis episcoporum ac aliorum episcoporum dictae capellae sancti Johannis datas ac dandas, et eas auctoritate ordinaria confirmamus. In cuius rei certitudinem etc. Datum Misnae anno domini M°.CC°.LXXX°.IX°.III°. nonas Septembris, pontificatus nostri

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel an einem von der Urkunde selbst z. Thl. abgeschnittenen Pergamentstreifen.

No. 22. 1289. 10. Sept.

Markgraf Friedrich I. bestätigt die von seinem Grossvater, dem Markgrafen Heinrich gemachte Schenkung eines Hofes in Meissen an den Domherrn Johann von Burne. Vgl. No. 17.

Fridericus dei gratia Misnensis, Orientalis et de Landesbere marchio etc. Notum esse volumus — quod, cum felicis recordationis avus noster karissimus, dominus Henricus quondam illustris Misnensis et Orientalis marchio curiam sitam infra muros civitatis nostrae Misne iuxta portam nunc obstructam, quae olim appellabatur porta ventibilis, domino Johanni dicto de Burne canonico Misnensis ac Mersburgensis ecclesiarum dederit donaverit et in ipsum cum pleno iure titulo proprietatis transtulerit, ita quod ipsam eodem iure proprietatis alienare vendere dare et distrahere possit pro suo beneplacito voluntatis, nos ad dicti domini Johannis instantiam dictam donationem proprietatis praefatae curiae eidem domino Johanni factam ratam tenemus per omnia atque gratam, nolentes ipsum in posterum in dicta donatione proprietatis ab aliquibus impediti. In cuius rei evidens testimonium etc. Datum et actum Misnae anno dom. M°.CC°.LXXXIX°.III°. idus Septembris. Huius testes sunt venerabilis dominus noster patruus dilectus Wythego Misnensis ecclesiae episcopus, Syfridus decanus, Johannes praepositus Wrzinensis, Henricus cantor, Cunradus custos, magister Theodericus praepositus Budesinensis, Albertus de Luppe, Herkenbertus de Starkenberg, Arnoldus de Jerchowe, Petrus de Cyce dictae ecclesiae Misnensis praelati et canonici, Thymo Knut, Theodericus dictus Pucset, Heinmannus dapifer de Burne et quamplures alii fide digni.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem beschädigten Reitersiegel des Markgrafen an rothseidenen Fäden.

Wilkii Ticemannus. Cod. dipl. p. 82.